

## SENTENCIAS ESCOGIDAS

## DE S. CLEMENTE ALEXANDRINO,

*Correspondientes al capítulo III. art. IV.*

I. Dominus miseretur, castigat, hortatur, custodit, & doctrinæ mercedem ex redundanti quadam copia nobis regnum cælorum promittit: hunc solum fructum percipiens ex nobis, quod salvi sumus. (*Cohort. ad gentes.*)

II. *Omnis palme in me non ferens fructum, tollit ipsum, & quidquid fructum fert expurgat, ut amplius fructus ferat.* Silvescit enim vitis, nisi putetur: ita etiam homo. Luxuriantes autem adnatasque propagines, verbum, qui est gladius, expurgat, cogens appetitiones ne fructum fere desiderant. (*Pædagog. lib. 1. cap. 8.*)

III. Aurum & argentum, & privatim & publice est odiosa possessio; si usum excesserit, rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum, & non apta ad utendum. (*Lib. 2. cap. 3.*)

IV. Cubilis mollitiem moderatam esse oportet & convenientem. Non enim somnus debet esse corporis plena solutio, sed remissio. Et ideo assumendum est non ad otium & sôcordiam, sed ad negotiorum & actionum quietem. Ita ergo dormitandum est, ut facile excitemur. (*Cap. 9.*)

V. Qui matrimonio juncti sunt, iis scopus est & institutum, liberorum susceptio; finis autem, ut boni sint liberi. Sola enim voluptas, si quis ea etiam utatur in conjugio, est præter leges, & injusta, & à ratione aliena. (*Cap. 10.*)

VI. Laudo & admiror veterem Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aureum ornatum gestare permisit: à probis mulieribus mundi studium auferens, quod solis meretricibus se ornare concederet. (*Ibid.*)

VII. Veræ sunt divitiæ justitia & Logos. . . quæ quidem divitiæ non ex prædiis augentur, sed à Deo donantur: divitiæ quæ auferri non possunt, quarum est thesaurus sola anima, quæ hominem vere reddit beatum. Cui enim adest, nihil eorum expetit quæ non sunt in nostra potestate, ea autem quæ expetit, ut consequatur; quin etiam quæ sancte desiderat, ea cum petit à Deo ut accipiat; quomodo non is multa, imo omnia possidet, qui thesaurum æternum nempe Deum habet. (*Lib. 3. cap. 6.*)

VIII. Quemadmodum quicumque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram revertuntur: ita etiam elargitio, quæ est bonus fons benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur & repletur; quemadmodum ad ubera, quæ suguntur vel etiam mulgentur, solet lac confluere. (*Cap. 7.*)

IX. Res est pulcherrima mulier domus custos; propter quam omnes exultant; filii quidem propter matrem, maritus autem propter uxorem, ipsa autem propter eos, omnes vero propter Deum. (*Cap. 11.*)

X. Nec castitas est bonum, & ex virtute; nisi fiat propter dilectionem in Deum. (*Stromat. lib. 3.*)

XI. Eundem honorem consequentur ii, qui voluerunt, cum iis qui potuerunt, quorum est voluntas æqualis, etsi facultates sint inæquales. (*Lib. 4.*)

XII. Videte fratres, quomajori cognitione digni sumus habiti, eo majus subimus periculum. (*Ibidem.*)

XIII. Sacrificium Deo acceptum, est corporis & ejus affectionum ac vitiorum separatio: is est verus revera Dei cultus. (*Lib. 5.*)

XIV. Peregrinans ad Dominum propter suam in eum charitatem, seipsum quidem à vita non educit; non enim est ei permissum: sed animam abducit à motibus & affectionibus; est enim ei concessum. Et rursus vivit postquam morte affectit cupiditates suas; nam corpore utens, non abutens, solum ei permittit uti necessariis, ne ei præbeat causam dissolutionis. (*Lib. 6.*)

XV. Dei cultus est continua animæ cura ei qui est præditus cognitione, & ejus perpetua in Deo occupatio per charitatem, quæ nunquam intermittitur. (*Lib. 7.*)

XVI. Per totam vitam diem festum agentes, ubique Deum adesse persuasi, laudantes agros colimus, laudantes navigamus, & in omni alio vitæ instituto ut decet ex arte, versamur. (*Ibidem.*)

XVII. Est precatio cum Deo conversatio & collocutio; & licet tacite loquamur, ne labra quidem aperientes, intus clamamus: Omnem enim intrinsecus paratam colloctionem Deus exaudit perpetuo. . . & caput & manus in cælum extendimus. . . & una cum verbo corpus à terra abducere conantes, erectam & elevatam animam desiderio meliorum cogimus in sancta progredi, magno animo carnis vinculum despicientes. (*Ibidem.*)

XVIII. Nonnulli certas, ac definitas horas constituunt precationi, ut tertiam, sextam, nonam: at is qui est cognitione præditus & spiritualis, per totam orat vitam, dum cum Deo studet versari. Reliquit autem, ut sæmel dicam, omnia quæ non sunt utilia, cum eò jam pervenerit, ut jam hinc acceperit consummationem ejus quod agitur ex charitate. (*Ibidem.*)

XIX. In omni loco, viros spiritualis, orabit, sed non ut aperte populo appareat. Quin vero & inter ambulandum, & in sermone, & quiete, & lectione, & iis quæ fiunt ex ratione, omni modo precatur. Quin si in ipsius animæ penetralibus solum cogitaverit atque inenarrabilibus gemitibus Patrem invocaverit: ille prope adest eo adhuc loquente. (*Ibidem.*)

XX. Non concupiscet aliquid aliud, qui habeat Deum in se requiescentem; & relictis omnibus, quæ sunt impedimento, ad illum solum tendit, propter quod solum in spiritali cognitione se exercuit. (*Ibidem.*)

XXI. Quemadmodum si una quidem, si via regia, & multæ aliæ ex quibus aliquæ ferunt in præcipitium, non quidem dubitaverit viæ se committere propter dissensionem viarum, sed utetur via regia & sejuncta à periculo; ita cum alii alia dicant,

de veritate non est discedendum, sed exactius & diligentius est inquirenda ejus exactissima & accuratissima cognitio. (*Ibidem.*)

XXII. Clarum est ex antiquissima, & verissima Ecclesia, has recentiores, & quæ his sunt adhuc inferiores tempore, fuisse innovatas, adulterinæ notæ hæreseos. Et manifestum esse existimo unam esse veram Ecclesiam, eam quæ vere est antiqua, in cujus catalogum referuntur ii qui sunt justi secundum propositum (1). Nam cum unus sit Deus, & unus Dominus; propterea id, quod est summe venerabile, ex unitate laudatur, ut quod sit imago principii, quod est unum. In unius ergo naturæ sortem cooptatur Ecclesia, quæ est una, quam conantur hæreses in multas discindere. (*Stromat. Lib. 7.*)

#### ADICIONES.

I. Cómo podré subir á los cielos? El camino es el Señor; es verdad que es angosto, pero viene de los cielos: es verdad que es estrecho, pero es camino que lleva á los cielos.

II. Dios ha dispuesto, por obra suya, al hombre la comida y la bebida, para que se conserve, no para que se entregue al deleyte.

III. De ninguna modo se ha de permitir á las mugeres que manifiesten descubierta alguna parte de su cuerpo á

I. Quomodo cælos conscendam? via est Dominus, angusta quidem, sed ex cælis: angusta quidem, sed quæ mittit ad cælos. (*Admon. ad gentes.*)

II. Deus paravit suo opificio, homini inquam, cibum & potum, ut conservetur, non autem ut voluptate afficiatur. (*Pædag. Lib. 2. cap. 1.*)

III. Nullo modo permitendum est mulieribus, ut quid corporis minus opertum ostendant viris, ne ambo prolaban-

(1) Quamvis non Soli vide in fol. 118.

tur: hi quidem ut qui ad videndum incitentur; illæ vero ut quæ in se virorum intuitum attrahant. Semper autem, tamquam præsentem Domino, honeste versandum est. (*Ibidem cap. 2.*)

IV. Non debemus sponte ridiculam assumere personam: multo autem magis est cavendum, ne in verbis esse & videri ridiculi velimus. (*Ibid. cap. 5.*)

V. Absit ut irrideamus quemquam; unde primum incipit contumelia, inde lites, pugnae & inimicitiae erumpunt. (*Ibid. cap. 7.*)

VI. Oportet viros apud nos unguenta non olere, sed vitæ probitatem. Spiret autem foemina Christum qui est regalis unctio, non unguenta: divina autem semper ungetur pudicitiae unctione, sancto delectata unguento, nempe spiritu. (*Ibid. cap. 8.*)

VII. Foeminarum ornatum abesse Paulus jubet. Si enim sunt pulchræ, sufficit natura: non contendat ars con-

la vista de los hombres, para que no caigan unos y otros: estos porque los incitan á mirar; aquellas porque arrastran á los ojos de los hombres. Siempre nos debemos portar con honestidad, como que está presente Dios.

IV. No debemos elegir hacer por nuestra voluntad papel ridiculo, haciendo reir: mucho mas debemos guardarnos de ser y parecer chocarreros en nuestras palabras.

V. Dios nos guarde de burlarnos de otro alguno; de lo qual empieza primero la contumelia, y despues salen los pleytos, las riñas y las enemistades.

VI. Entre nosotros no conviene que los hombres huelan á preciosos unguentos, sinó á la probidad de la vida. Respire la muger á Jesuchristo, que es uncion real, y no preciosos unguentos: únjase siempre con la divina uncion de la castidad, y deleytase su espíritu con este unguento santo.

VII. San Pablo quiere que esté lexos de las mugeres la vanidad de los adornos; porque si son hermosas, la natura-

leza es suficiente: no pelee el arte contra la naturaleza; es decir, no litigue jamás el engaño con la verdad. Pero si por naturaleza son feas, con lo mismo que se ponen arguyen lo que les falta. Aquellas, pues, que sirven á Jesuchristo, conviene que abracen la frugalidad.

VIII. Conviene que en casa vivamos con pudor por nuestros padres y criados; en los caminos por los que pasan en la soledad por nosotros mismos; y en todas partes por la presencia del Verbo, que está en todo lugar, y *sin él nada se hizo*. Sola esta razon es suficiente, para que el hombre nunca resvale: el considerar que siempre está delante de Dios.

IX. No sin elegancia podria alguno llamar á los teatros *cátedra de pestilencia*; porque la junta que allí se hace está sacrificada á las maldiciones. Estas juntas están llenas de iniquidad y confusion, y la misma ocasion de congregarse es causa de la torpeza. Prohibanse, pues, los espectáculos y discursos que están llenos de maldad, de palabras obscenas y

tra naturam: hoc est, fraus minime litiget cum veritate. Sin autem sint natura turpes; ex iis quæ sibi applicant, quod non habent, arguunt. Eas ergo, quæ Christo serviunt, frugalitatem convenit amplecti. (*Ibid. cap. 10.*)

VIII. Oportet domi quidem parentum & famulorum pudore affici; in viis autem, eorum qui fiunt obviam; in solitudine, sui ipsius; ubique autem, Verbi quod est ubique, & *sine ipso factum est nihil*. Hac enim solum ratione fit, ut quis nunquam labatur, si Deum sibi ipse semper adesse existimet. (*Lib. 3. cap. 5.*)

IX. Non inconcine theatra *pestilentiae cathedram* quis vocaverit. . . . & ideo maledictis devovetur quæ ibi fit congregatio. Magna itaque confusione & iniquitate hi coetus pleni sunt, & occasio conventus causa est turpitudinis. . . . Prohibeantur ergo spectacula & acroamata, quæ nequitia, verbisque obscœnis, & vacuis temere profusis, plena

sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris? quod verbum impudens non proferunt qui risum movent scurræ & histriones? (*Ibid.*)

X. Si quæ est apud Deum confessio, est martyrium; quæcumque anima se pure & sincere gessit cum agnitione Dei, & præceptis paruit, vita & sermone est testis & martyr; quomodocumque liberetur à corpore; fidem tamquam sanguinem per totam vitam etiam in exitu profundens. (*Stromatum Lib. 4.*)

XI. Qui Deo jungitur, simul quidem gravitatem & hilaritatem ostendit in omnibus, gravitatem quidem, propterea quod ad Deum se convertat; hilaritatem autem propterea quod humana bona reputet, quæ dedit nobis Deus. (*Ibid. Lib. 7.*)

XII. Est omnis locus vere sacer & sacrum tempus, in quo Dei accipimus rationem & cogitationem. (*Ibidem.*)

ociosas, dichas con temeridad. Porque ¿qué historia puede haber tan torpe que no se manifeste en los teatros? ¿qué palabra impura que no pronuncien los bufones y cómicos que pretenden excitar la risa?

X. Si alguna confesion hay en la presencia de Dios, ya es martirio. Todas las almas que con el conocimiento de Dios procedieron con pureza y sinceridad, y obedecieron á los divinos preceptos, ya son mártires con la vida y las palabras; de qualquier modo que se libren de su cuerpo, derramando su fe como la sangre por toda su vida hasta en la hora de la muerte.

XI. El que se junta con Dios en todas las cosas, da á entender á un mismo tiempo gravedad y alegría; gravedad, porque se convierte á Dios; alegría, porque considera como que vienen de Dios los bienes de esta vida que nos ha dado.

XII. Todo lugar y todo tiempo es sagrado, si en él pensamos, y meditamos en Dios.

## SENTENCIAS ESCOGIDAS

## DE TERTULIANO,

## Correspondientes al capítulo V. art. IV.

I. Nos, qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo poenam providemus, merito soli innocentia occurimus, & pro scientia plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni; eum timentes, quem timere debet & ipse, qui timentes judicat: Deum, non Proconsulem timentes. (*In Apolog. cap. 41.*)

II. Christiani non aliud noscibiles, quam de emendatione vitiorum pristinorum. (*Ad Scapul. cap. 1.*)

III. Bonum est poenitere an non; quid revolvis? Deus præcipit. At enim ille non præcipit tantum, sed hortatur. Invenit præmio salutem; jurans, etiam vivo dicens, cupit credi sibi. O beatos nos, quorum causa Deus jurat! ò miserimos, si nec juranti Domino credimus! (*Lib. de Poenit.*)

IV. Cæterum non leviter in Dominum peccat, qui cum æmulo ejus diabolo poenitentia renunciasset; & hoc nomine illum Domino subjecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem ejus seipsum facit; ut denuo malus recuperata præda sua adversus Dominum gaudeat. Nonne quod dicere quoque periculosum est, sed ad ædificationem proferendum est, diabolum Domino præponit? comparisonem enim videtur egisse, qui utrumque cognoverit, & judicato pronunciasse, eum meliorem, cujus se rursus esse maluerit. (*Lib. de Poenit.*)

V. Quis ille nobis intelligendus Pater? Deus scilicet; tam Pater nemo; tam pius nemo. Is ergo te filium suum, etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet, quia